

Stanter revereamini ut mutua inter vos
 charitas vigeat: ut patienter feratis adver-
 sus casus. Posthac Θεῶν διδόντος, mittam tibi
 disputationum Juridicarum exemplaria, per
 Negelium vestrum, hominem officiosum
 aut per alium. Salutem Christianam dico,
 viro cl. D. Laur. Dürnhofero. Brevitatem
 boni consule, nam simul ad diversos erat
 scribendum Conservet te πανοικίᾳ gratia Dn.
 nostri Jesu Christi. Basilea 17. Jan. 1592.

EPISTOLA LXV.

S Vir Cl. Hoc nomine vere lætor, quod
 bona conscientia, etiam non rogatus,
 testari possum, fratrem tuum Marcum, (a)
 iis animi dotibus & virtutibus excellere, per
 gratiam Christi, ut mihi & aliis qui hoc tem-
 pore mecum versantur charior esse non
 possit, quam suo merito etiam est. Credo
 tibi quoque id, cæterisque cognatis & pro-
 pin-

analogiam placet addere A. 1596. *Gryneum*
Amando Polano a Polnsdorff, gente Moravo, suam
 despondisse. filiam & quidem gibbosam, cui in
 arrham dedisse dicitur 40. ducatos. Vid. *D.*
Fechtii edit. Epist. ad Marbachios p. 768.

(a) n. 1513. 26. Febr. A. 1604. factus *Ærarii Du-*
umviralis præfectus obiit 1626. 24. Octobris.